


**Test B2-prima parte (comprensione)**  
**Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)**  
**Svolgimento in 90 minuti**

**Summarium**

Cum Pyrrus rex contra Romanos pugnaret, regis amicus, nomine Timochares aut Nicia, ad C. Fabricium consulem adiit et ei promisit dolo Pyrrum interficere. Sed Romanorum legati regem monuerunt ut a familiaribus<sup>1</sup> suis caveret. C. Fabricius et Q. Aemilius consules Pyrrum per litteras certiozem fecerunt se armis, non insidiis, vincere velle.

|    |  |
|----|--|
| 1  | Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas <b>prosper</b> <sup>2</sup> pugnasset                      |
| 2  | satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem <b>descivisset</b> <sup>3</sup> , tum <b>Ambraciensis</b> <sup>4</sup>   |
| 3  | <b>quispiam</b> <sup>5</sup> Timochares, regis Pyrri amicus, ad C. Fabricium consulem <b>furtim</b> <sup>6</sup> venit ac    |
| 4  | praemium petivit et, si de praemio conveniret, promisit regem venenis <b>necare</b> <sup>7</sup> idque facile                |
| 5  | esse factu dixit, quoniam filius suus <b>pocula</b> in convivio <b>regi ministraret</b> <sup>8</sup> . Eam rem               |
| 6  | Fabricius ad senatum scripsit. Senatus ad regem legatos misit mandavitque ut de Timochare                                    |
| 7  | nihil proderent, sed monerent, uti rex <b>circumspectius</b> <sup>9</sup> ageret atque a proximorum insidiis                 |
| 8  | salutem <b>tutaretur</b> <sup>10</sup> . Hoc ita, uti diximus, in Valeri Antiatis <i>Historia</i> scriptum                   |
| 9  | est. Quadrigarius autem in libro tertio non Timocharem, sed Niciam adisse ad   |
| 10 | consulem scripsit neque legatos a senatu missos, sed a consulibus, et Pyrrum populo Romano                                   |
| 11 | laudes atque gratias scripsisse captivosque omnes, quos tum habuit, <b>vestivisse</b> <sup>11</sup> et                       |
| 12 | reddidisse. Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius. Litteras, quas ad regem Pyrrum                                 |
| 13 | super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit <b>fuisse hoc exemplo</b> <sup>12</sup> : "Consules                  |
| 14 | Romani salutem dicunt Pyrro regi. Nos pro tuis iniuriis continuis <b>animo tenus</b> <sup>13</sup> commoti                   |
| 15 | <b>inimiciter</b> <sup>14</sup> tecum bellare <b>studemus</b> <sup>15</sup> . Sed communis exempli et fidei ergo visum ut te |
| 16 | salvum velimus, ut esset quem armis vincere possemus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus,                                   |
| 17 | qui sibi praemium a nobis peteret, si te <b>clam</b> <sup>16</sup> interfecisset. Id nos negavimus velle, neve ob            |
| 18 | eam rem <b>quicquam commodi</b> <sup>17</sup> expectaret, et simul visum est, ut te certiozem faceremus, ne                  |
| 19 | quid <b>eiusmodi</b> <sup>18</sup> , si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum, et quod nobis non             |
| 20 | placet pretio aut praemio aut dolis pugnare. Tu, nisi caves, iacebis."   |

**Glossarium**

|   |   |
|---|---|
| <sup>1</sup> familiaris, -is: amicus, i   | <sup>8</sup> pocula ... regi ministraret (ministro, -as, -avi. -atum, -are): vinum regi praeberet |
| <sup>2</sup> prosper: feliciter   | <sup>9</sup> circumspectius: cautius  |
| <sup>3</sup> ad regem descivisset (descisco, -is, -scivi, -scitum, -ire): a Romanis ad regem defecisset | <sup>10</sup> tutaretur (tutor, -aris, -atus sum, -ari): defenderet                               |
| <sup>4</sup> Ambraciensis: Ambraciae, Epiri urbis, civis  | <sup>11</sup> vestivisse (vestio, -is, -ii, -itum, ire): veste texisse                            |
|                      | <sup>12</sup> fuisse hoc exemplo: ita fuisse  |
| <sup>5</sup> quispiam: quidam   | <sup>13</sup> animo tenus: usque ad animum  |
| <sup>6</sup> furtim: occulte  | <sup>14</sup> inimiciter: sicut hostes  |
| <sup>7</sup> necare (neco, -as, -avi, -atum, -are): interficere   | <sup>15</sup> studemus (studeo, -es, studui, ēre): cupimus  |
|   | <sup>16</sup> clam: occulte   |
|   | <sup>17</sup> quicquam commodi: ullum praemium  |
|   | <sup>18</sup> eiusmodi: simile  |

**1. Associa la didascalia alla sequenza (non tutte le didascalie sono corrette): 5**

- a) Quadrigarius Pyrrum omnes Romanos captivos necavisse dicit.
- b) Cum Pyrrus contra Romanos in Italia pugnat, Timochares furtim ad regem venit.
- c) Timochares Romanos certiores facit de consilio suo ad Pyrrum regem occidendum.
- d) Romani non praemio aut dolis, sed virtute pugnare volunt.
- e) Civitates credunt Romanos Pyrrum regem dolo necare velle.
- f) Consules regem a familiare suo clam interfectum iri referunt.
- g) Senatus legati insidias ad regem Pyrrum parant.
- h) Quadrigarius scribit non legatos sed consules senatum misisse et eos a rege Pyrro multas gratias accepisse.
- i) Apud Historiam Valeri Antiatis legati Romani senatus regem Pyrrum monent ut caveat a suis familiaribus.
- l) Nicias, familiaris regis, sibi praemium a Pyrro petit.

rr. 1-5: \_\_\_\_\_

rr. 6-9: \_\_\_\_\_

rr. 9-12: \_\_\_\_\_

rr. 12-17: \_\_\_\_\_

rr. 17-20: \_\_\_\_\_

**2. Indica se ciascuna delle seguenti affermazioni è vera, falsa o non deducibile dal testo. 6**

|   | VERUM | FALSUM | NON LIQUET |
|---|-------|--------|------------|
| 1. Apud Quadrigarium legimus Timocharem ad consulem venisse.  |       |        |            |
| 2. C. Fabricius et Q. Aemilius bellare cum Pyrro optabant.  |       |        |            |
| 3. Sicut in Valeri Antiatis libro scriptum est, Nicias a Romanis premium petivit ut Pyrrum necaret. |       |        |            |
| 4. Romanis dolo certare placet.   |       |        |            |
| 5. In Italia Pyrrus omnes pugnans cum elephantis pugnavit.  |       |        |            |
| 6. Timochares argentum petivit ut Pyrrum necaret.   |       |        |            |

**3. Scegli la risposta corretta:7**

|   |   |
|---|---|
| <p>1. Quare Timochares ad C. Fabricium consulem furtim venit?</p> <p>a) praemium a Romanis petivit et regem necare promisit</p> <p>b) tradere Pyrrum promisit</p> <p>c) ad Romanos se descivere promisit</p> <p>d) venenum Pyrrum ministrare promisit</p> <p>2. Quid C. Fabricius ad senatum scripsit?</p> <p>a) C. Fabricius se de praemio convenisse Pyrrum scripsit</p> <p>b) C. Fabricius plerumque Italiam ad senatum descivisse scripsit</p> <p>c) C. Fabricius Timocharem, si Romani praemium ei dedissent, Pyrrum veneno necaturum esse ad senatum promisit</p> <p>d) C. Fabricius suum filium pocula in convivio regi ministrare dixit et eum Pyrrum veneno necaturum esse promisit</p> <p>3. Cur senatus ad regem legatos misit?</p> <p>a) ut de Timochare omnia proderent</p> <p>b) ut rex defenderetur</p> <p>c) ut legati proditorem Timocharem proderent</p> <p>d) ut legati venenum esse in poculis proderent</p> <p>4. Quis Timocharem ad consulem adisse scripsit?</p> <p>a) Valerius Antias scripsit</p> <p>b) Quadrigarius scripsit</p> <p>c) C. Fabricius scripsit</p> <p>d) C. Fabricius e Q. Aemilius scripserunt</p> | <p>5. Ut Quadrigarius ait, quid consules Romani Pyrrum scripserunt?</p> <p>a) Valerium Antiatem, qui praemium a Romanis petivit, Pyrrum clam interfecturum esse</p> <p>b) se Pyrrum interfici non cupere</p> <p>c) Niciam, qui praemium a Romanis petivit, Pyrrum clam interfecturum esse</p> <p>d) Romanos pro Pyrrum iniuriis continuis non commotos esse</p> <p>6. Quid scriptum est a Valerio Antiato in sua Historia?</p> <p>a) Pyrrum populo Romano captivos omnes reddidisse</p> <p>b) Non Timocharem sed Niciam ad consulem adisse</p> <p>c) Consules Romanos armis vincere velle</p> <p>d) Senatum legatos ad regem misisse</p> <p>7. Quis scripserat Pyrrum omnes captivos reddidisse?</p> <p>a) C. Fabricius et Q. Aemilius</p> <p>b) Valerius Antias</p> <p>c) Quadrigarius</p> <p>d) Nicia</p> |
|---|---|

|   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
|   |   |   |   |   |   |   |

**4. Scegli il sinonimo o la spiegazione che meglio corrisponde al senso del testo: 8**

|  |  |
|--|--|
| <p>1. Quoniam ....ministraret (riga 5)<br/> a. Quod filius suus potiones dispensabat.<br/> b. Cum filius suus potiones experiebatur.<br/> c. Quia filius suus vineam colebat.<br/> d. Cum filius suus vinum emebat.</p> <p>2. Mandavitque ut ..... proderent (righe 6-7)<br/> a. Imperavitque ut de Timocharis consilio aliquid dicerent.<br/> b. Mandavitque ut Timochares aliquid de suo consilio diceret.<br/> c. Imperavitque ut de Timochare nihil dicerent.<br/> d. Vetavitque Timocharem aliquid de suo consilio dicere.</p> <p>3. [...] Pyrrum..... scripsisse (righe 10-11)<br/> a. [...] Pyrrum laudes et gratias a populo Romano obtinuisse.<br/> b. [...] Populo Romano laudes et gratias a Pyrro rege dictas esse.<br/> c. [...] Laudes et gratias ad populum Romanum a Pyrro rege epistula missas esse.<br/> d. [...] Laudes et gratias a Pyrro rege receptas esse.</p> <p>4. Consules Romani salutem dicunt Pyrro regi (righe 13-14)<br/> a. Consules Romani cum Pyrro rege salvi sunt.<br/> b. Consules Romani Pyrrum regem salutant.<br/> c. Consules Romani dicunt se a Pyrro rege servatos esse.<br/> d. Consules Romani dicunt se in tutum pervenisse.</p> | <p>5. Tenu animo commoti (riga 14)<br/> a. Laeto animo incensi.<br/> b. Retento animo.<br/> c. Tenu animo gratulantes.<br/> d. Tenu animo perturbati.</p> <p>6. Bellare studemus (riga 15)<br/> a. Pugnare volumus.<br/> b. Pugnare nolumus.<br/> c. Ut bellum suscipias studemus.<br/> d. Ad bellum excitamus.</p> <p>7. Nostro consilio (riga 19)<br/> a. Populi Romani crudelitate<br/> b. Graecorum decreto<br/> c. Populi Romani invidia<br/> d. Populi Romani dolo</p> <p>8. Nisi caves (riga 20)<br/> a. Tibi cavendum non est<br/> b. Noli cavere.<br/> c. Nisi cautus es.<br/> d. Si cautus es.</p> |
|--|--|

|   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|   |   |   |   |   |   |   |   |

**5. Scegli la risposta corretta: 8**

|  |  |
|--|--|
| <p>1. r. 5 <i>factu</i> è:<br/> a) un participio perfetto<br/> b) un supino<br/> c) un infinito passivo dipendente da <i>dixit</i><br/> d) un sostantivo concordato con <i>facile</i></p> <p>2. r. 7 <i>uti</i> è:<br/> a) infinito del verbo <i>utor</i><br/> b) congiunzione che introduce una prop. finale<br/> c) avverbio di modo<br/> d) congiunzione che introduce una prop. completiva volitiva</p> <p>3. r. 10 <i>missos</i> è:<br/> a) un participio congiunto a <i>legatos</i><br/> b) un participio attributivo di <i>legatos</i><br/> c) un infinito perfetto passivo (con <i>esse</i> sottinteso)<br/> d) un sostantivo della seconda declinazione</p> <p>4. r. 17 <i>qui...peteret</i><br/> a) una proposizione relativa eventuale<br/> b) una proposizione relativa impropria<br/> c) una proposizione interrogativa indiretta<br/> d) una proposizione relativa propria</p> | <p>5. r.18 <i>ne</i> è:<br/> a) una congiunzione che introduce una prop. finale negativa<br/> b) una congiunzione che introduce una prop. completiva volitiva<br/> c) una congiunzione coordinante negativa<br/> d) una congiunzione che introduce una prop. completiva dichiarativa</p> <p>6. r. 19 <i>quid</i> è:<br/> a) un pronome interrogativo<br/> b) un pronome relativo<br/> c) un pronome indefinito<br/> d) un aggettivo indefinito</p> <p>7. r. 19 <i>factum</i> è:<br/> a) un sostantivo all'accusativo, complemento oggetto di <i>putarent</i><br/> b) un participio congiunto al <i>quid</i> precedente<br/> c) il predicato verbale di una proposizione infinitiva (con <i>esse</i> sottinteso)<br/> d) un sostantivo antecedente del <i>quod</i> successivo</p> <p>8. r. 19 <i>quod</i> è:<br/> a) un pronome relativo<br/> b) una congiunzione subordinante causale<br/> c) un nesso relativo<br/> d) una congiunzione subordinante dichiarativa</p> |
|--|--|

|   |   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
|   |   |   |   |   |   |   |   |

## 6. Trasforma la frase a partire dal testo: 6

- 1) Quispian Timochares, regis Pyrri amicus, promisit regem venenis necare (rr. 3-4).  
Quispian Timochares, regis Pyrri amicus, promisit a se \_\_\_\_\_.
- 2) Id facile esse factu dixit, quoniam filius suus pocula in convivio regi ministraret (rr. 4-5).  
Id facile esse factu dixit, filio suo pocula in convivio regi \_\_\_\_\_.
- 3) Quadrigarius non Timocharem, sed Niciam adisse ad consulem scripsit neque legatos a senatu missos, sed a consulibus (rr. 9-10).  
Quadrigarius non Timocharem, sed Niciam adisse ad consulem scripsit neque senatus, sed consules \_\_\_\_\_.
- 4) Litteras, quas ad regem Pyrrum super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo (rr. 12-13).  
Litteras, quae ad regem Pyrrum \_\_\_\_\_, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo.
- 5) Nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti inimiciter tecum bellare studemus (rr. 14-15).  
Quoniam nos pro tuis iniuriis continuis \_\_\_\_\_ inimiciter tecum bellare studemus.
- 6) Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi praemium a nobis peteret (rr. 16-17).  
Ad nos venit Nicias familiaris tuus, ad sibi praemium a nobis \_\_\_\_\_.